

C A P U T IV.

probanda itaq; Schlichtingii glossa: *Nos Apostolos ultimos, id est, me qui Perri & Apostolorum ceterorum respectu sum ultimus, quippe post omnes ad Apostolicum munus vocatus.* Non enim de se solo loquitur. De voce Ἐπιθανάτις diversas sed inconvenientes expositiones refert Camerarius. Quemadmodum hoc nomen singularem in modum factum est; ita etiam alii aliter fuerint interpretati, ac indicatur aliquos ad mortem Christi esse, postquam Apostolorum manus & functio usurpara sit, & se numerare Paulum cum aliis. Vel Metaphora erit, inquit alius, ut intelligatur, nullos praeterea Apostolos jam expectandos, sed illos esse ultimos & inviolabiles. Sicut Ἐπιθανάτοις Διαθῆκεν Βαβαλοί εἰσι, καὶ αὐτωνύμοι. Alii Ἐπιθανάτις interpretari suere simplicius morti obnoxios. Quae explicatio voci magis accedit, quam illa, quae ex Tertulliano additur. Nam illa magis specialis est: Hac autem generalis cum speciem mortis non exprimat, sed tantum mortem in genere inferat.

Οἱ θέατροι ἐγενήθησαν τῷ κόσμῳ, καὶ Ἀγέλοις, καὶ αὐτοῖς.
θέατροι.

Instat cœpræ similitudini; Et θέατρον dixit pro iis, qui spectantur, sicut ἀκρόαμα dicuntur ii, qui audiuntur. Non dissimiliter versari in theatro apud Ciceronem est spectari ab omnibus. Est pars sorpatio continentis pro contento. Propriè amphitheatum dicitur locus, in quo pugnabatur cum bestiis: Sed & amphitheatum theatri est species, ex duobus constans velut concurrentibus theatris. Job se dixit תְמַת לִפְכֵי XVII. 5. Id Græci vertunt: Τέλως δὲ τοῖς ἑπεδην. Cum mundum velut spectatorem Apostolici certaminis Paulus introduxisset, addidit καὶ Ἀγέλοις καὶ ἀνθεάτροις, ubi illud prius καὶ ponitur pro, id est, Mundum enim, hoc est, mundi potissima ὁ νοερὸς dispergit in Angelos & homines: id Hebrei vocant familiam superiorem & inferiorem.

Camerarius confert adhuc aliam interpretationem, hanc tamen præferr, quæ ad exaggerandam infelicem sortem Apostoli facit: De qua propriè hic sermo est: Chrysostomus, inquit, θέατρον ἐγενήθη μόνον τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς Αγέλοις interpretatur, non in angulo aliquo rem gestam, sed jam spectatam esse mundo constantiam Apostolorum in perpetiendis adversis, Σε είναι τὰ παλαιά σματα ἡ Αγελικῆς Γεωργίας. Alii θέατρον

C

mallo-